



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano

Erasmus, Desiderius

Lypsi, 1516

VD16 E 2746

Canon Duodecimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33324

¶ Canon Duodecimus.

Quum pugnas cū hoste, nō satis sit tibi, si ictum illius declines aut etiā repellas, nisi fortiter arreptū telum in ipsum authorē retorseris, suomet illum gladio iugulans. Id ita fiet, si ad malū sollicitatus, nō solum nō pecces, sed hinc tibi arripias occasio- nem virtutis. Et, quēadmodū elegāter fingūt poetæ, Hercule obiectis ab irata Iunone periculis, animo creuisse atq; indu- ruisse, itidē tu quoq; da operā, vt hostis instigatiōib; nō solū peior nō fias, sed etiā euadas melior. Sollicitaris ad libidinem, imbecillitatē tuam agnosce, ac plusculū etiā tibi de licitis vo- lupratibus interdictio, ad castas & pias occupatiōes apponito nōnihil auctarij. Instigaris ad cupiditatē, ad tenacitatem, auge elemosynas. Incitaris ad inanem gloriam, tāto magis demitte te in omnibus. Ita fiet vt vna quæq; tentatio, sit tibi renouatio quædam sancti, ppositi tui, & pietatis incrementū. Neq; enim prorsus alia ratio tā efficax p̄ficiendi, p̄stigiandiq; hostē nostrū Verebitur enim te denuo puocare, ne qui impietatis author esse gaudet, pietatis ministret occasionem.

Auctariū quo- tidie adijciendū p̄ijs operibus

¶ Canon Decimus tertius.

Semp autē hoc animo atq; hac spe dimices, quasi ea pugna sit tibi postrema futura, si victor discesseris. Fieri enim pōt, vt & istud præmij tuæ virtuti largiatur benignitas diuina, vt hostis semel turpiter victus, nūq; postea te reperat. Id qd' legim; p̄ijs aliquot viris contigisse. Nec absurde credit Origenes, vincen- tibus Christianis, minui copias hostium, dū semel fortiter re- pulsus, nūq; ad hominē sollicitandū reuerti p̄mittit. Ergo in cōflictu aude ppetuā sperare pacē. At rursum vbi viceris, sic te geras, quasi mox in præliū reditur;. Semp em̄ alia post aliā expectanda tentatio, neq; vnq; discedendū ab armis, nūq; re- linquenda statio, nūq; remittendæ excubiæ, donec in hoc cor- poris præsidio militamus. Semper illud p̄pheticū in pectore cuiq; habendū, Sup custodiā meam stabo.

Diabol; semel fortitē repulsus nūq; reuerti p̄ mittit

¶ Canon Decimus quartus.

Magnopere cauendum, ne quod vitium/ veluti leue cōtem- namus. Nullus em̄ hostis vicit sapius, q̄ qui fuit contemptui, temnenda.

Leuissima etiā vicia nō esse cō- temnenda.

K

Abas
cul, z